



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Suspensio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

rare mollitie tamen, non sodomia pollutam  
stuprum est. *Caieta. 2. 2. quæst. 154. art. 6. ad 4.*

Sine fractione claustrî virginei stuprum  
non patratur: qua corruptione mulier ma-  
trimonio minus apta efficitur. *Caiet. l. c. dub.*  
*4. Val. t. 3. d. 9. q. p. 3.*

Virgo voluntariè se polluens non stuprū,  
sed mollitiem, scelus stupro longè grauius,  
patrat. *Caiet. l. c. ad 3.*

Primus viri concubitus cum soluta forni-  
catio est, non stuprum: neque enim sigillum  
amittit, aut custoditur à Patre. *Caieta. l. c. ad se-*  
*cundum.*

Deflorans consanguineam, pollicitus, se  
eam in vxorem ducturum, tenetur commu-  
nibus expensis dispensationem quærere, qua  
non obtenta, illam dotare. *Navar. lib. 4. conf. 5.*  
*de consang. & affinit.*

*Subiectio, vide Dominus, Seruus.*

*Suffragium, vide Indulgentia.*

*Superior, vide Dominus, Prælatus.*

**S**uperior potest vbique capere subdi-  
tum, scilicet Prælatus Religiosum, do-  
minus seruum, vir vxorem.

*Suspensio, vide Absolutio, Censura,*  
*Episcopus.*

**S**uspensus ab officio, non ideò est à be-  
neficio; nec suspensus à maiori Ordi-  
ne,



ne, ideò à minori; nec suspensus ab administratione, ideò est ab Ordine.

\* De suspensione multa *Nau. à nu. 151. c. 27. Felicianus Episcopus Scal. de censuris, Cou. in Clem. si furiosus, Sor. d. 22. q. 3. Val. t. 4. d. 7. c. 18. p. 1. Sayrus lib. 4. Tol. lib. 1. cap. 4. Summist. V. Suspendio.*

\* *Vide Fum. Suspendio num. 11. 12. Syl. eod. num. 11. 12. Sayrum l. 4. c. 3.*

2 Suspensus absolutè, intelligitur ab officio Ordinum, & beneficio, non autem ab auditione diuinorum, aut sepultura.

\* Difficilis quæstio: in qua sunt sententiæ 11. relatae à *Thoma Sanchez lib. 3. de matr. d. 51. vide Syl. l. c. Sayrum l. c. c. 4. Nauar. consil. 44. de temp. ordin.*

3 Suspensus ab officio intelligitur, & Ordinis & iurisdictionis, secundum Paluda. & alios citatos supra V. Excomm.

\* *Vide Fum. l. c. num. 6. Syl. l. c. nu. 5. Tol. l. c. c. 14. Sayr. l. c. cap. 5.*

4 Suspensus per non habentem iurisdictionem Ecclesiasticam exteriorem, non est propriè suspensus, sed prohibitus: item que si quis solo verbo suspendatur, & non scripto: item si ab officio non propriè Ecclesiastico.

5 Suspensionem ob contumaciã debet præcedere monitio, secus si ob culpam præteritã.

\* *Nau. l. c. nu. 159. Sayr. l. c. c. 2. num. 14.*

6 Si Iudex suspendat à Iure suspensum, non est



est noua suspensio, sed sola Iuris.

7 Suspensus à beneficio, intelligitur à fructuum perceptione.

\* Sayerus l. c. cap. 6. num. 6.

8 Suspensus ab vno, potest exercere aliud nō connexum, & Episcopus suspensus à Pontificali officio, potest Missam celebrare.

\* Vide Sayer. l. c. c. 4. Syl. l. c. num. 5. col. 1.

9 Suspensus ab ordine Episcopali, non idē est à iurisdictione.

\* Fum. l. c. num. 9. vide Sayer. l. c.

10 Suspensus ab ingressu Ecclesiæ, solū prohibetur in ea celebrare, & interesse diuinis officijs, itaque potest in ea orare, & recipere Sacramenta, & exercere iurisdictionem, & sepeliri decedens cum signis pœnitentiæ, & extra celebrare, scilicet in loco non designato per Episcopum in perpetuum ad celebrandum. \* Vide Sayer. l. c. c. 7. à num. 11.

11 Suspensio post legitimam appellationem est nulla, vt Excōmunicatio, & Interdictum.

\* Fum. l. c. nu. 19. Sayer. l. c. c. 9. nu. 2.

12 Suspensionis sententia, eiusque effectus per sequentem appellationē minimè suspenditur; quia censura Ecclesiastica executionem secum trahit, vt dicitur in c. pastoralis §. verum de appell. & c. is qui, de sent. excomm. in 6. V. gol. de cens. eccles. tab. 4. c. 5. §. 1.

13 Suspenso Capitulo, vel Conuentu, non censentur singuli suspensi, nisi sint in culpa.



14 Beneficium collatum à Capitulo suspenso, & non denunciato, tenet.

15 Nullo iure iubetur quis vitare in diuinis suspensos, nisi denunciatos, quidam tamen dicunt mortale esse, cum suspenso à diuinis, & denunciato, in eis communicare.

16 Communiter suspendere potest, qui excommunicare: quæ verò crimina digna suspensione, ipse iudicabit.

\* *Fum. l. c. nu. 17. Ast. p. 2. li. 7. tit. 16. art. 7. Nau. nu. 159. Sayr. c. 2. l. c.*

17 Posita suspensio vsque ad certum tempus, perse tollitur.

\* *Glos in clem. 1. de decimis, Couar. ep. 4. p. 2. c. 6. in initio num. 16.*

18 Suspensio, vel interdictum, si feratur in participantes cum excommunicato, nõ præmissa monitione Canonica, non valet. *Vide de sententia excommun. lib. 6. c. 13.*

19 Habens Episcopalem auctoritatem, potest absolvere à suspensione non referuata; & Religiosi possunt absolvere à suspensione in Foro conscientie, quantum ijs per priuilegia conceditur, & regulariter potest Episcopus ab omni Iuris suspensione lata ob contumaciã; & à nonnullis alijs, vt explicat, & limitat *Syl. V. suspensio. nu. 8. Armil. nu. 22.* & etiam statuti Synodalis à Papa confirmati, nisi Papæ specialiter referuentur, vt notat *Nau. c. 27. n. 162.*

\* Qui possit absolvere à suspensione docet *Syl.*



*Syl. numer. 8. Sayr. ca. 17.*

20 Qui certus est se non peccasse, non incidit in suspensionem: nunquam enim imponitur ab homine sine culpa, saltem veniali; nec à Jure aut ab homine, ob contumaciam, nisi ob mortalem.

21 Suspensio in totum, & perpetua ab officio, & beneficio, est potius depositio.

*Suspensi ipso iure:*

1 **C**Lericus in sacris notorius fornicarius vsque dum pœniteat; quãquam videtur hæc suspensio consuetudine sublata, certè nõ est in usu. *Sot. in 4. d. 1. q. 5. art. 6. ad 2. & d. 13. q. 1. art. 9. & Med. in Sara lib. 1. c. 11. §. 8.*

\* De suspensis ipso iure, *Fum. nu. 16. Syl. nu. 6. Nau. n. 155. Sayr. cap. 12. 13. 14. 15. l. c. vide etiam Sot. d. 25. q. 1. art. 3.*

\* Non est in usu *Med. instruct. confess.*

2 Ordinatus in sacris sine ætate legitima, aut dimissorijs, aut extra tempora, sed suspensus ab executione Ordinum, nisi fecisset absque dolo, & si Ordine vtatur; non quidem quando ab Episcopo ordinatur, sed post (tunc enim solum incurritur suspensio) fit irregularis, nisi absit contemptus: requiritur enim præsumptio. \* *Vide Sayr. c. 14.*

3 Excommunicans, suspendens, aut interdicens, sine scriptura, & causæ expressione, est suspensus per mensem ab ingressu Ecclesiæ.